G. Tolwinski Abrenunciatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Zbranscen. ptis comparentes Generosus
Stanislaus Wronowicz olim Gnosi Georgij Wronowicz filius Incola
Magni Ducatus Lithuaniae Et Gnosa Anna Tolwinska Gnosi Joannis
Tolwinski filia ipsa quidem Anna cum eiusdem Mariti sui uti tutoris
coniugalis personali assistentia et consensu contentaneo sani mente et corpore
existentes palam et libere recognouerunt Quia sibi utriq. coniugibus
Gnosus Joannes Tolwinski parens suus pro Omni et integra dote
iam pridem tam in paratis pecuniis quam auro argento clenodijs
Vestibus Vestimentis et Omnibus paraphernalibus ac expeditione Omni
iuxta Intercisam ineundi Matrimonij ipsam de bonis Drzewcowo
et alijs eo spectantibus plenarie et ex integro satisfecit ideo recepta
sufficienti satisfactione eundem Gnosum parentem suum quietant
et annihilant perpetuis temporibus.

G. Kangowskich Transfusio.

Coram officio et Actis praesentibus ptis comparentes Gnosus Stanislaus Wro-
nowicz olim Gnosi Georgij Wronowicz filius Incola Magni Ducatus
Lithuaniae Et Gnosa Anna Tolwinska Gnosi Joannis Tolwinski filia
ipsa quidem Anna cum eiusdem Mariti sui uti tutoris coniugalis perso-
nali assistentia et consensu contentaneo sani mente et corpore existentes palam
et libere recognouerunt Quia sibi Gnosi Albertus Kangowski et So-
phia Tolwinska coniuges iuxta Ordinationem per Gnosum Joannem Tol-
winski parentem suum et Donationem bonorum suorum in haereditate Drzewcowo
consistentium ipsis Gnosis Kangowskiem coniugibus Coram Actis authenticis factam
quam ipsi praesentibus personali sua recognitione in toto approbant pro ratam
grata et firma habere declarant Summam Trium Millium florenorum Polon.
eadem Ordinatione assignatam ex integro ac plenarie persoluit ideo
recepta eadem sufficienti satisfactione in personam eorundem Gnosorum
Kangowskich coniugum et ipsorum successorum bonis Omnibus Mobilibus
et immobilibus in haereditate Drzewcowo consistentibus se post utrosq. parentes
Gnosos patrem et Matrem concernentibus et quovis modo ac iure titulo
spectantibus devolutis et devoluendis uti horum bonorum Drzewcowo
haeredum et iuris quaesitorum renunciant et in ipsos ac eorum successo-
res Nihil sibi ibidem Nec suis successoribus seu alijs cuipiam relinquen-
do plenarie transfuderunt et transfundunt.

Dzierzek Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus ptis comparens Nobilis Andreas olim Alberti Fal-
kowski de Falki Grodzieński Incola Sanus mente et corpore existens palam publice
ac libere recognouit. Quia sibi Nobilis Albertus olim Christophori Dzierzek Duo-
decem florenos Polon. debiti inscripti persoluit ideo ipsum quietat et
inscriptionem cassat perpetuis temporibus.